

## ANNΩΝΟΣ

ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

## ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

ΤΩΝ ΥΠΕΡ ΤΑΣ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΣΤΗΛΑΣ ΛΙΒΥΚΩΝ  
ΤΗΣ ΓΗΣ ΜΕΡΩΝ,

ὅν καὶ ἀνέθηκεν ἐν τῷ τοῦ Κρόνου τεμένει, δηλοῦντα τὰδε.

Ἔδοξε Καρχηδονίοις Ἄνωννα πλεῖν ἔξω Στηλῶν Ἡρακλείων καὶ πόλεις κτίζειν Λιβυφοινίκων. Καὶ ἐπλευσε πεντηκοντόρους ἐξήκοντα ἄγων, καὶ πλήθος ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν εἰς ἀριθμὸν μυριάδων τριῶν καὶ οἷτα καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν.

2. Ὡς δ' ἀναχθέντες τὰς Στήλας παρημετρήσαμεν καὶ ἔξω πλοῦν δυοῖν ἡμερῶν ἐπλεύσαμεν, ἐκτίσαμεν πρῶτην πόλιν, ἣντινα ὀνομάσαμεν Θυμιατήριον· πεδίον δ' αὐτῇ μέγα ὑπῆν.

Βασιλέως] *Rex Hanno noster* apud Solinum quoque Polyh. § 56 appellatur; *imperator* ap. Plinium VI, 31; *dux* ap. eundem V, 1, 1. Intellige unum ex duobus Carthag. *sufetis* (v. Festus s. v.; Livius XXXVIII, 37), quos Græci vocare solent βασιλεῖς vel πρωτεύοντας, Romani modo *reges*, modo *consules*, modo *dictatores*. V. Kluge ad Aristotel. De Carthagin. rep. c. 2 et 7. || — τῶν... μερῶν] In his dictionem colore Punico tinctam auctorem prodero mediocriter græce doctum censet Klugius, recte fortassis; quamquam jure quæris num hæc Periplus inscriptio ad ipsam græcæ versionis auctorem sit referenda. Nam plerumque longiores id genus inscriptiones ceterioris ævi scribis debentur. || — ἀνέθηκεν] V. Prolegomena. || — Κρόνου] Gorillarum pelles, quas ex itinere Carthaginem asportaverat Hanno, apud Plinium V, 36 et Solinum l. l. dedicasse dicitur non in templo Saturni (sive Baali), sed Junonis (sive Astartæ), « quum huic deæ, ut Klugius suspicatur, ejusmodi spolia tanquam itineris primitiæ dedicarentur. » At quum omnia quæ de Hannonis itinere apud Plinium Solinumque leguntur, ex impuris fluxerint fontibus, in hac quoque re pene nulla eorum est auctoritas. || — τεμένει] Hannonis navigationem ita in templo dedicatam fuisse, ut tabulæ vel columnæ inscriptam quilibet consulere posset, jure licet addubitare, quum satis constet celare potius Carthaginenses studuisse quæcumque spectarent longinqua eorum commercia emporiaque. Quare Letronnius (*Poèmes géogr.* p. 230): « Rien n'empêche, ait, que cette circonstance, relatée uniquement dans le titre, ne soit une addition de celui qui aura traduit en grec l'original ou qui en aura donné un ex-  
GÉOCR.

## HANNONIS

CARTHAGINIENSIVM REGIS

## PERIPLUS

EARUM QUÆ SUNT ULTRA HERCULIS COLUMNAS  
LIBYCARUM TERRÆ PARTIVM,

quem etiam dedicavit in Saturni delubro, exhibentem hæcæ.

Placuit Carthaginensibus Hannonem navigare extra Columnas Herculeas et urbes condere Libyphœnicum. Navigavit igitur naves quinquagemum remorum duccens sexaginta et virorum mulierumque multitudinem ad triginta millia et annonam ceterumque apparatus.

2. Postquam evecti Columnas superavimus et extra eas biduum navigavimus, primam condidimus urbem, quam nominavimus Thymiaterium; campus ei magnus suberat.

trait. » Id tamen cur statuamus nihil video, quum de ratione qua monumentum nostrum in τεμένει asservatum fuerit, omnino nihil constet, et ipsa illa ἐν τεμένει verba late pateant. Fieri igitur potuit, ut in templi δπισθοδόμῳ non cuivis patente vel etiam in alio ædificio ad templi τέμενος pertinente id genus tituli sepositi essent.

§ 1. κτίζειν] Hæc vox hoc loco adhibetur sensu laxiore; nam unam tantum urbem, Thymiaterium, Hanno *condidit*, ἐκτίσε; reliquas novis incolis frequentavit, κατόκησεν || — πεντηκοντόρους] « Bougainvillius (*Mém. de l'Acad. d. Inscr.* t. XXVIII, p. 288) ex Thucydide probare studet hanc navigationem 703 annos a. C. factam esse. Docet enim Thucydides triremes 300 annos ante bellum Peloponnesiacum inventas esse; ergo naves quinquaginta remis instructas certe centum quinquaginta annos post conditam Carthaginem in usu fuisse. Verum hæc ratio facile refutatur. Tali enim expeditioni maritimæ conducebant naves onerariæ, minores quidem, sed late ac planæ et ita comparatæ, ut nautæ non solum oram maritimam legere, sed vada et cæca saxa leviter superveli possent, quibus triremes ceteræque naves magnæ molis illisuræ forent. Apud Strabonem (I, p. 99) Eudoxus eadem structura utitur ad simile consilium exequendum. » ΚΛΥΓΚ. || — μυριάδων τριῶν] Apud Græcos ad coloniam deducendam quinque vel etiam ad decem millia hominum colligi ut plurimum solebant. Non nimius igitur triginta millium numerus ad sex vel septem colonias rite instituendas et contra hostem in longinquis plagis tuendas.

§ 2. Θυμιατήριον] Meminerunt hujus urbis Scy-

lax § 112 et Stephanus Byz.; apud utrumque vocatur Θυματηρία. Quodsi in bidui navigationem, quæ fuisse dicitur in mari extero usque ad Thymiaterium, ex vulgari calculo computantur stadia mille, inde a promontorio *Spartel* deducimur usque ad ostia Suburis (hod. *Sebū*) fluvii. Ac reuera ad hunc fluvium, in hoc tractu omnium maximum eumque navigabilem, urbem illam conditam fuisse omnia suadent. Primum huc facit Scylax l. I., qui : Μστὰ δὲ Ἀξῶν, αἰτ, Κράβις ποταμὸς καὶ λιμὴν καὶ πόλιν Φοινίκων Θυματηρία. Fluvius vero post Lixum proximus, qui quidem momenti alicujus sit, Subur est paullo infra *Merdja* seu *Murza* lacum in mare exiens, ut hunc ipsum Crabis nomine Scylax signare videatur. Mnaseas apud Plinium XXXVII, 11 pro *Crabi* ponit *Crathin*, idque nescio an rectius habeat, quoniam cum græco hoc nomine quadrant græca nomina *Sicyonis* urbis et *Cephesiadis* lacus (*Merdja*), quæ una cum *Meleagridibus* avibus græci geographi in hæc loca transtulerunt. Nihil igitur mirum eidem fluvio diversa plane nomina tribui. Mnaseas quidem *Crathin* fluvium non infra lacum, sed ex ipso lacu in Oceanum exire dicit, adeoque diversum a Subure annem indicare videtur. Verum quum non nisi rivuli quidam in lacum illum incidant, nullus vero inde in mare exiens in mappis nostris accuratissimis conspiciatur, vix dubium est quin notus Subur fluvius sit ille quem perperam e lacu profluere Mnaseas refert. Hoc si recte dixi, consentaneum est Sicyonem illam, quam cum *Crathide* Mnaseas componit, ipsum nostram esse Thymiaterium. Hodie ad Suburis ostia jacet *Mamora* sive *Mehedia*. Situs ejus urbis talis prorsus est, qualem fuisse Thymiaterii ex Hannone colligitur. Quemadmodum enim sub Thymiaterio planities patuisse dicitur, sic *Mamora* loco sublimi imposita per amplæ dominatur planitie, quæ usque ad Salam (h. *Buragrag*) fluvium pertinet. V. J. Windu *Travels* p. 64; Barth. *Wanderungen* t. 1, p. 29; Jackson *An account of the empire of Morocco* (ed. tert. 1814) p. 6; Movers *Das phœnizische Alterthum* t. II, p. 541 sq.; qui viri docti situm hujus loci ad commercia et dominationem tam insignem in modum accommodatum esse moment, ut mirum foret Carthaginienses urbis ibi condendæ opportunitatem prætermisisse. Quod attinet nomen Θυματηρίου, Bochartus de eo ita habet : « Notum græce Θυματηρίου esse acerram vel thuribulum, quo nomine cur Phœnices urbem appellaverint nemo facile dixerit. Sed quod a Græcis passim fieri jam alibi notavimus, Hannonis interpres barbaram vocem ita mollivit, ne laderet aures Atticas. Nempe verum urbis nomen erat דומאטיריה *Dumatiria*, quasi :::διδάξ dixeris, id est, campestram urbem. Arabice saltem in Giggéis דומאטיר, *dumathir*, et דמתר, *dumthor*, est *terra plana*; unde petitum urbis nomen docent ipsa verba Hannonis : ἐπισταμεν πρώτην πόλιν, ἤντινα ὀνομάσσαμεν Θυματηρίου· πεδίον δ' αὐτῆς μέγα ἔπειν. Δὲ pro γὰρ hoc loco sumimus, ut passim apud Homerum; quia nulla apparet causa cur Hanno addiderit Thymiaterio magnum subesse campum, nisi ut sciremus quorsum oppidum ita nominaverit. » Moversius l. i. p. 543 nomen Θυματηρίου, quoad formam

vocis, non phœnicium sed libycum esse, et quod significationem vocis attinet, componendum suspicatur cum *Themetra* nomine loci in Zeugitana siti (v. Inscr. ap. Maffei Mus. Ver. p. 472. Orelli Inscr. n. 3056); *Themetra* autem formam libycam habet phœnicii *Medera* (cujus nominis locus in Phœnicia memoratur in Tab. Peutingeriana), ita ut *The* syllaba libycum sit præfixum. Quæ quidem, quantum ego de his judicare possum, paullo longius petita videntur. Contra Klugius : « Sed et græci verbi significatio, inquit, defendi potest. Θυματηρίου est thuribulum, acerra, qua voce, si græca denominatio vera est, nihil aliud indicatur quam consecratio urbis, urbs diis consecrata. Quum enim hæc *prima* esset colonia, initium ex sacris rite faciendis sumendum erat, eamque ob causam hoc emporium thuribulum, i. e. urbs thuris sive sacrorum appellabatur. Hæc dicendi ratio Hebræorum sermoni respondet. » Idem jam Mannertus (X, 2, p. 512) statuerat, qui Punicum urbis nomen fortassis esse putavit Ποντιῶν Scylacis (§ 112). Parum hæc probabilia sunt. Ego quidem non græcam punice vocis versionem, sed punicam vocem in græcum vocabulum corruptam subesse cum Bocharto et Moversio statuo. Facere huc mihi videtur locus Itinerarii Anton p. 2, ubi inde a Sala urbe juxta Salam fluv. sita usque ad *Thamu-sida* (*Tamu-sida*, *Tiamu-sida* var. lect., Ταμουσίτα Ptolem.) esse dicuntur millia 32. Hinc colligitur urbem fuisse ad Subur fluvium, adeo ut a *Thymiaterio* non diversa fuerit. Accedit, quod nominis compositi (cf. urbes Africæ *Tocola-sida*; *Sida*) pars prior cum Hannonei vocabuli initio componi apte potest; non item altera; sed fieri potuit ut eadem urbs duplici nomine composito efferretur, ut passim. Porro quemadmodum Græci et Θυματηρίου et Θυματηρία dicebant frequentissima illa formarum varietate, sic etiam Θαμου-Σιδιον dictum esse facile largieris. Hinc vero, ni fallor, nata est Συζών urbs Mnaseæ Græculi. Plinius V, 1 *Thamusidam* oppidum non memorat, contra vero *Banasam* urbem ad Subur fluvium ponit : *At in ora a Lixo 50 mill. amnis Subur, præter Banasam coloniam defluens, magnificus et navigabilis. Ab eo totidem M. pass. oppidum Sala, ejusdem nominis fluvio impositum.* Hæc parvi sunt faciendæ. Tota enim Africæ occidentalis descriptio mira ap. Plinium rerum perturbatione laborat; hoc vero loco quam parum accuratus auctor sit, vel ex distantiiis quas inter Lixum et Subur et Salam fluvios esse dicit, luce clarius est. Itinerarii auctor qui ad Subur fluv. *Thamusidam* ponit, inde ad *Banasam* (hod. *Vetus Mamora* sec. Lapieum, aut *Basra* sec. Graberg di Hemsö) triginta duo millia esse dicit. Quare miror Mannertum (X, 2, p. 471), qui numeros Itinerarii mutando ad perversas Plinii rationes accommodare studet. Magis etiam turbatus est Ptolemæus IV, 1, p. 252 ed. Wilb., qui et *Banasam* et *Thamusidam* a meridie Subur fluvii ponit. Quod recentiores attinet, Heerenius Thymiaterium esse putavit hodiernam *Larache*, errore manifesto; Mannertus idem quæssivit in *Vicille Mamora*, paullo minus errans; Bougainvillius urbem transtulit ad *Cap Cantin*, quousque non duorum sed quinque dierum navigatione opus fuisset.

(2)

## PERIPLUS.

3

3. Κάπειτα πρὸς ἑσπέραν ἀναγθέντες ἐπὶ Σολόεντα, Λιθουκὸν ἀκρωτήριον λάσιόν δένδρεσι, συνήλομεν.

4. Ἐνθα Ποσειδῶνός ἱερὸν ἰδρυσάμενοι πάλιν ἐπέ-  
 θημέν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ἡμέρας ἡμισυ, ἄχρι ἐκο-  
 μίσθημεν εἰς λίμνην οὐ πόρρω τῆς θαλάττης κειμένην,  
 καλάμου μεστήν πολλοῦ καὶ μεγάλου ἐνήσαν δὲ καὶ  
 ἐλέφαντες καὶ τᾶλλα θηρία νεμόμενα πάμπολλα.

5. Τὴν τε λίμνην παραλλάξαντες ὅσον ἡμέρας πλοῦν,  
 κατοικήσαμεν πόλεις πρὸς τῇ θαλάττῃ καλουμένας Κα-

3. Hinc vesperam versus vecti ad Soloentem, Li-  
 byæ promontorium arboribus horrens, convenimus.

4. Ibi Neptuni sacello exstructo, denuo orientem  
 versus tenuimus per diei dimidium, donec perveneri-  
 mus ad stagnum non procul a mari situm, junco re-  
 pletum multo altoque. Inerant et elephantes et alie  
 ferae paseentes permulte.

5. Stagno ad iter diei præterito, novis incolis fre-  
 quentavimus urbes maritimas, quæ nominantur Cari-

In contrarium peccavit Gosselinus (*Recherches sur la Géogr. systém.* I, p. 71 sqq.), quem si audias, tota illa navigatio, inde ab Herculis Columnis usque ad Soloentem promontorium (quam quinque dierum esse Scylax ait), in freto versatur Gaditano usque ad promontorium *Spartel*. Thymiaterium igitur putat in promontorio quod *Mallabat* dicitur, situm fuisse. Quas quidem ineptias a multis jam explosas verbo tetigisse satis est superque. Gosselinum presso pede sequitur Gaillius.

§ 3. πρὸς ἑσπέραν ] Usque ad Subur fluvium navigatio erat fere meridiem versus; hinc versus occasum (*sud-ouest*) ora flectitur usque ad *Cap Cantin*. Gosselinus p. 70 commentis suis inserviens vertit: « *continuant de naviguer à l'ouest, etc.* » || — Σολόεντα ] Duo in hoc tractu occurrunt promontoria, *Cap Blanc* et *Cap Cantin*. De illo cogitarunt Heerenius, Klugius et alii; at posterius nostro loco est intelligendum, ut recte monet Mannertus X, 2 p. 495. Nam hocce, non alterum, silvis horret; ab hocce, non ab altero, orientem versus ora retorquetur, id quod sequentia § 4 flagitant. Porro quæ § 5 leguntur, tum demum quadrant, si ad sinum qui *baie de Saft* dicitur, referre licet. Denique promontorium *Cantin* longissime in mare procurrentis præ ceteris memorabile videri debebat, nautisque erat periculosissimum, dum alterum illud non nisi albo litoris colore animos advertebat. Nomen *Solois* ductum a *σῆλα* (*sela*) et pluraliter *σελαῖν* (*selaïm*), i. e. *rupes*. Frequens nomen de Phœnicum urbibus quæ in aliis sitæ erant rupibus. Sic Σολόεις sive Σολοῦς in Sicilia, Σόλοι vel Σόλος ἡ ἀΐπια in Cypro insula (cf. *Stuidas σόλος, ὁ βουβός*), Σελινοῦς in Cilicia. V. Movers: II, p. 174. 243. 337. 332. Nostrum promontorium memorant Scylax § 112: ἀπὸ Θυματηρίας εἰς Σολόεντα ἄκραν, ἣ ἀνέγει μάλιστα εἰς τὸν πόντον, Herodotus II, 32: Σολόεντος ἄκρης, ἣ τελευτᾷ τὰ τῆς Λιβύης, Crinagoras in Antholog. IX, p. 419: ἐς πύματον Σολόεντα, Hesy chius: Σολουντῆς ἄκρα τῆς Λιβύης. Plinius ex Polybio sua referens V, 1 appellat *promontorium Solis*; allatæ ibi mensuræ probant non nisi de prom. *Cantin* posse cogitari. Ex latino auctore Ptolemæus suum fecit Ἠλίου ὄρος (30° 15'). [ *Miror Lapieum* qui in mappa sua distinguit inter Soloentem prom. (c. *Blanc*) et Solis prom. (c. *Cantin*); simili errore in Ponto duo scribit promontoria, alterum *Crimetapon*, alterum *Frontem Arietis* vocans.] Mentionem distantiae, quæ a Thymiaterio usque ad Soloentem prom. 1800 circiter stadiorum est, abbreviator vel librarius omisit. Tres vel quattuor navigationis dies notati fuerint. Scylax ab Hermæo prom. usque ad Soloentem exputat navigatio-

nem tridui. Bougainvillius Soloentem prom. cum prom. hod. *Bojador* composuit. || — συνήλομεν ] « Igitur singulae naves diversum cursum tenebant, et promontorium Solois classi communis erat conveniendæ locus. » ΚΛΙΓΕ.

§ 4. Ποσ. ἱερὸν ἰδρυσάμενοι ] « Postquam Parni promontorio Soloente superato pericula vicissent, quæ etiam Lusitanis nautis decimo quinto seculo vehementer terrorem iniecerunt, Neptuno, deo marino ab Afris Herodoto teste (II, 50) potissimum in honore habito, ob secundam navigationem sacra fecerunt. In sacelli ara, postea [ *id nemo tradit* ] a colonis exstructa, ut Scylax (§ 112) tradit, tam artificiose expressæ erant virorum imagines, leones, delphines, ut hæc a Daxdalo ficta videntur. Ob hunc deorum cultum tota regio sacra nominabatur, imo hoc epitheton in promontorium ipsum transferebatur [ *id per se non improbabile, sed teste caret* ], quod in extremo et incognito mari situm propter imminetia pericula non sine singulari deorum auxilio circumnavigari posset. Quæ de causa Æthiopes hanc terram incolentes dicebantur *sacri* (Scylax l. l.); fortasse etiam quod extremis terrarum finibus solis cubili propinqui adiacerent. » ΚΛΙΓΕ. || — πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα κτλ. ] Nauta a promontorio Soloente orientem versus flectens in sinum intrat, qui ab adiacente urbe nunc vocatur *baie de Saft*. Regio hæc a borea et austro et oriente montibus includitur; ita ut etiam nunc pluviali anni tempestate aquæ et colluvies undique in hanc cavitate descendant (V. Jackson l. l. p. 45. Riley. l. l. p. 476). Præcis igitur temporibus quum deserta adhuc regio nec ullam hominum industriam experta esset, multo magis paludosa fuerit, monente Moversio l. l. p. 545.

§ 5. παραλλάξαντες ] Sic recte codex habet, notante Bernhardyo *Analect.* in *Geogr. min.* p. 18; παραλλάξαντος edit. Gelenii. || — ὅσον ἡμέρας πλοῦν ] Regio illa montibus undique intercepta et junctosa pertinet usque ad *Tensift* fluvium (quem veteres appellant *Pluthuth* s. *Fut*) per trecenta fere stadia, quæ si communem unius diei navigationem non prorsus exæquant, probe tenendum est quam vagum sit et inæquale hoc mensuræ genus, quod sæpe temporis potius quam spatii est; deinde vero rectissime viri rerum maritimarum periti, ut Rennelius, alii, monuerunt Haunonem magnam classem ducentem in mari parum noto haud ita multum itineris singulis diebus emetiri potuisse; quamquam etiam ne nimis brevia spatia faciamus cavendum est, quum maris flucta quæ juxta Africæ oram meridiem versus feruntur, accelerare cursum debuerint. || — κατὰ τὸν ἑσπέρην ]

1.

τωκίσαμεν codex; em. editt. Apposite Klugius notat hæc: « Supra Hanno dixit ἐπίσταμεν πρώτην πόλιν, hoc loco κατοικίσαμεν. Κτίζειν est condere, κατοικίσειν est urbem colonis frequentare. Igitur hæc oppida jam condita erant a Phœnicibus (qui olim in his regionibus sedes collocaverant), et nunc ab Hannone novis tantum advenis implebantur. Utraque enim res vocabulo κτίζειν exprimitur, ita tamen ut Hanno initio Periplus hoc vocabulo generale quasi consilium constituendorum oppidorum indicet, hoc autem loco voce κατοικίσειν restitutas esse antiquas Phœnicium urbes novis colonis immittendis. Ex Periplus patet unum tantum novum oppidum, Thymiatierion, esse conditum, ceterasque urbes non in condendis sed in conditis numerandas, quem sensum verborum accurata interpretatio flagitat. Quum enim Hanno primam urbem exstrueret, dicit: ἦντινα ὀνομάσαμεν Θυμιατήριον. Quum in recessu cujusdam sinus parvam insulam reperisset incolisque frequentasset, item dicit: ἦντινα ὀνομάσαμεν Κέρννην. At hoc loco quem tractamus legitur: κατοικίσαμεν πόλεις καλουμένας Καρικὸν τε τεῖχος καὶ Ἰύττην κ.λ.; et paulo infra: ὄρος ἐξάνετο μέγιστον, Θεῶν ἔργμα καλούμενον, et in extremo Periplus: ἀριχόμεθα εἰς κλίπον Νότου κέρως καλούμενον. Hoc non est: mons cernebatur quem *appellabamus* Θεὸν ochema, sed qui *appellabatur*, cui hoc nomen jam erat; ideoque κατοικίσαμεν πόλεις καλουμένας Καρικὸν τε τεῖχος κ.λ. nihil aliud significat quam: incoluimus, i. e. invenimus et novis incolis frequentavimus urbes quibus jam nomen erat Καρικὸν τε τεῖχος etc. (Nunc egregie Carthaginiensium artificium intelligitur, quod non germanos Pœnos, sed Libyphœnices ad hunc finem exsequendum elegerint, qui tam Phœnicibus has urbes habitantibus quam Libyæ populis inprimis essent accepti atque affines.) Non video cur non verba § 1 memorata, πόλεις κτίζειν, ad hæc quoque oppida et *coloniam* in insula Cerne fundatam referri possint, licet una tantum nova urbs sit condita et Libyphœnices modo cum veteribus Phœnicibus in unum coaluerint. Quam callidum Carthaginiensium fuerit ingenium elacet ex hoc consilio navigationis capto, quo ad commercium amplificandum et tutandum tanta hominum multitudine veteres colonias in his regionibus frequentarent et quasi subigerent. Accedit quod Aëlius Aristides tom. II, p. 474 ed. Dindf.: Καρχηδόνοι δὲ ἐκπλεύσαντες ἔξω Γαδέρειον καὶ τὰς ἐν τοῖς ἐρήμοις τῆς Αἰθῶης πόλεις οἰκίσαντες. Sic enim habet codex Γ et Canterus pro vulgata lectione οἰκίσαντες. Egregie hæc interpretatio probatur Plinii verbis, qui (V, 1) illas urbes, quas supra memoravimus, *incultas* [*hæc vox non est in Plinii loco*] et ab Hannone conditas esse narrat. Ex tota autem descriptione evidenter demonstrari potest hanc navigationem, quum via locorumque situs Hannoni usque ad Cernem non incognita fuerint, non primam fuisse, sed potius repetitam, novum vero iter inceptum ab insula Cerne et ad extremum promontorium versus austrum esse continuatum. Narrationis brevitatis et Pœnorum cauta prudentia omisit omnia quæ singularem locorum naturam et mercaturæ fontes detegere possent. » KLUGE. Jam quod urbes illas attinet, ex

Periplus nostri verbis hoc tantum patet, sitas fuisse inter juncosam regionem et Lixum fluvium. Uterque terminus satis accurate potest definiri. Alter ponendus est in montibus qui paludosam regionem a meridie claudunt, quosque proxime excipit *Tensift* fluvii, a vet. Phthuth vel Phut vel Fut (Ptolem., Joseph. Ant. J. I, 6, Plin. V, 1) nominati, ostium. Lixum vero hodiernum esse *Draa* fluvium ad *Saharæ* initium in mare exeuntem ipso Periplus luculentissime demonstratur. Orae longitudo a *Tensift* ad *Draa* sive Lixum fluvium stadiorum est circiter 2600, quibus permetiendis quinque vel sex navigationis dies classis Punica consumere debebat. Convenienter Scylax a Soloente prom. ad Lixum fluvium septem dies exputat. Prima igitur urbs, Καρικὸν τε τεῖχος, si verba Periplus premas, ad *Tensift* fluvium vel certe haud longe inde foret collocanda. Novit urbem Ephorus ap. Stephan. Byz.: Καρικὸν τεῖχος, πόλις Αἰθῶης ἐν ἀριστερεῖ τῶν Ἰρακλειῶν στηλῶν, ὡς Ἐφορος πέμπτη. De nomine Bochartus: « Fallor an Καρικὸν τεῖχος, *murus Caricus*, Pœnis erat קיר קיר *Kir chares, murus Solis*; cujus nominis urbem in Moabitis memorat Isaias 16, 11. » Sed hæc respuenda esse censemus cum aliis plurimis. Nomen mere græcum est, neque in his locis offendit. Cares, notissimum nautarum et mercenariorum vulgus, cum Phœnicium navigationibus coloniisque multifariam conjuncti sunt, ut prisco ævo una cum illis in diversissimis maris mediterranei Pontique regionibus occurrant. De quibus multa passim exponit Moversius l. I. p. 17. 78. 212. 227. 241. 246. 258. 263. 288. 306. 318. 550 sqq. Eisdem etiam in occiduas terras delatos esse sive nautas sive mercenarios, quos undique conscribere Phœnices solebant, consentaneum est, præsertim postquam prioribus sedibus crescente Græcorum potentia ejecti essent. Proxime vero ad nos pertinet quod Ptolemæus IV, 6 p. 295 Willb., habet: Ἐλάσσονα δὲ εἰσὶν ἔθνη καὶ κατέχουσι τὰ μὲν ἐπὶ τῇ θαλάσῃ μετὰ τὴν Γαιτουλίαν Ἀπολάλια καὶ Σιζάγγαι καὶ Μαύσωλοι μέγρι τοῦ Μάυδρου ὄρους. Igitur regionibus in quibus nos jam versamur *Mausolos* vindicari vides, quo nomine Cares significari testatur Stephanus Byz. s. v. Porro Μάυδρος nomen esse dei Carici, et in regionibus, ubi Cares habitabant, sæpius deprehendi Moversius notat laudato Letronnio in *Journal des savants* 1846, p. 112 sqq. 118 sqq. Quare Καρικὸν τεῖχος hoc loco non magis miramur quam Καρικὸν in Memphide Ægyptia (v. Steph. Byz. s. v.). Sita esse urbs debet, ut jam monui, prope *Tensift* sive Phthuth fluvium. In Ptolemæo IV, 1, p. 250 inter ostium hujus annis perampli (30° 30' latit.) et Soloentem prom. (31° 15') unus tantum locus ponitur Μυσοζάραζ λιμῆν (30° 50'), quem eundem esse cum Caricoticho vel nomen suadet. Eduardus Renou in mappa imperii Marocani ad ostii latus boreale notat: *Agouz ruine*. Moversius p. 549 Καρικὸν τεῖχος esse censet hodiernam *Agader* urbem, quæ paulo post promontorium *Agader* sive *Cer* in alto Atlantis vertice sita est inexpugnabilis. Argumentum sententiæ affert quod *agader* in lingua Berberica (Paradis, *Dictionnaire Berbère* p. 110) significat *murum septum*; idque nomen ex phœnicia lingua

(2)

## PERIPLUS.

5

ρικών τε τεῖχος καὶ Γύττην καὶ Ἄκραν καὶ Μέλιτταν  
 καὶ Ἀραμβύον.

6. Κάκειθεν δ' ἀνάχθοντες ἡλθομεν ἐπὶ μέγαν πο-  
 ταμὸν Λίξον, ἀπὸ τῆς Λιβύης βέροντα. Παρὰ δ' αὐτὸν

cus murus et Gytte et Acra et Melitta ( *Melita* ) et  
 Arambys.

6. Hinc evecti ad Lixum flumen magnum deveni-  
 mus, quod e Libya fluit. Juxta id nomades homines

servatum esse docet sæpiusque inter locorum nomina  
 occurrere, ut in *Geder* (Jos. 12, 13), *Gedera* (Id.  
 15, 36), *Gedor* (Id. 15, 58), *Gadara*, *Gadir* sive  
*Gadira*. Verum admitti hæc nequeunt, quum Peri-  
 pli narrationi repugnent. Nam inde a *Safi* urbis sinu ad  
*Agader* stadia sunt supra mille et ducenta, quæ vix  
 duorum dierum, nedum unius, navigatione emetiri  
 Hanno poterat. Cf. not. ad v. Ἄκρα || — Γύττη ] De  
 hac aliunde non constat, nisi forte eadem est quæ *Gudda*  
 dicitur in Geogr. Ravenn. p. 769, ubi : *Tamusida*,  
*Sala*, *Gentiano*, *Boballica*, *Bobiscianis*, *Aquis Baticis*,  
*Bada*, *Tocolosion*, *Bobabili*, *Bonivrias*, *Gudda*, *Bati*,  
*Argenti*. De nomine BOCHARTUS : « Gytta nomen  
 habet a pecu, ut Cretæ urbs Πολυρρηγία, quam sic ap-  
 pellari scribit Stephanus ἀπὸ τοῦ πολλὰ βήγεια, τούτέστι  
 πρόβατα ἔχειν. Nempe Syris גַּת, *gath*, est pecus, cujus  
 plurale גַּתִּין, *githin*. Sed veteres sine adspiratione  
 scripserunt. Inde *Gath* Philistæorum in Polybio, Jo-  
 sepho et Stephano *Gitta* dicitur, et a Plinio *Gatta*. Ejus  
 nominis fuit etiam Samarizæ vicus, e quo Simon apud  
 Justinum, Epiphanium et Zonaram. » || — Ἄκραν ]  
 « Ἄκρα est אַרְקָה *Hakra*, id est *arx*, *munio* ». BO-  
 CHARTUS, exempla etiam addens e libris sacris desum-  
 pta, quæ afferre longum est nec attinet. Nomen urbis,  
 sive versio, ut puto, sive corruptio vocis phœniciz sit,  
 egregie quadrat in situm *Agader* urbis, cujus paullo  
 supra memini. Locorum natura ab omni vi tuta est;  
 portum habet et navium stationem in tota hac ora longe  
 optimam; circumjacet et ad desertum usque patet  
 regio vitibus, olivis, aliis arborum generibus abundans,  
 argenti, ferri, cupri venis dives, cælo beata, commer-  
 ciis cum interioris Africæ populis nectendis accom-  
 modatissima, eoque nomine olim apud Portugallos  
 clara, et nuper a Jacksono Anglis suis commendata  
 ( V. Jackson. l. 1. p. 18. 20. 52 sqq. 226. Movers.  
 l. 1. ). Fugisse multiplicem hanc oportunitatem Phœ-  
 nices et Carthaginienses quis demum crediderit? Ho-  
 die regio ista vocatur *Suse*. || — Μέλιτταν ] Ejus jam  
 Hecateus meminit ap. St. Byz. : Μέλιττα, πόλις Λιβύων,  
 Ἐκαταῖος Ἀσία. Ὁ οὐκ ἴστωρ Μελισσαῖος ἢ γῶρα Με-  
 λιτταία. « *Melitta* vel מְלִיטָה *Melita* proprie significat  
 calicatam urbem, si verbo datur venia, id est, in qua  
 condenda multum calcis sit adhibitum vel in structuræ  
 vel etiam in tectoria. Radix מְלִיטָה *melet* reperitur Jer-  
 em. 43, 9 pro cæmento ex arena et calce. » BOCHART.  
 Non arrendit hæc. Fortasse a colore albicante litoris,  
 in quo sita urbs, nomen nacta est. Ceterum rectius  
 scribi *Melite* puto, collato nomine Melitæ insulæ  
 (*Malte*), quæ item Phœnicum erat colonia. || —  
 Ἀραμβύον ] Hanc aliunde non novimus. « Arambyn a  
 situ puto vocasse Phœnices אֶרְעַבְיָה *har-anbin*, mon-  
 tem uvarum, vel אֶרְעַבְיָה *har-anbi*, montem racemife-  
 rum; vites fuisse in illis locis constat ex Periplo Scy-  
 lacis § 112, qui de vicinis [ Cernæ ins. se. ] Æthiopi-  
 bus ita habet : οἶνον δὲ ποιοῦσι πολλὸν ἀπὸ ἀμπέλων.

Quibus consona hæc Plinii V, 1 : *Ibi fama existere  
 certa vestigia habitati quondam soli vinearumque re-  
 liquias*. Sed Strabone nihil expressius, qui in Mauri-  
 tania refert, ex aliorum fide, nasci vitem tam crassi  
 caudicis, ut eam duo homines vix amplectantur, ra-  
 cemos cubitales nonnunquam producentem. » ВОСНАП-  
 ТУС. Moversius p. 552 ( qui pleraque Bocharti cona-  
 mina etymologica, tanquam temeraria, rejicit ) Ἀραμβύ-  
 ον idem esse nomen censet quod Κάραμβύος; literam K in  
 nostro nomine vel periisse vel abjectam esse. Κάραμ-  
 βύος autem, notum Ponti promontorium, quum in re-  
 gione sit in qua Cares consedisæ constat, ab ipsis  
 Caribus sic dictum esse Κάραμβύον, quemadmodum  
 alia Ponti loca sint Κάραουσα ( Scylax § 89 ), Καρῶν  
 λιμὴν ( Arrian. Peripl. Pont. ), Καρ-οία ( Ptol. III, 5  
 p. 199 ). Idem igitur etiam de nostro loco statuendum  
 esse, idque tanto tutius, quum Cares jam in Καρικῶ  
 τελεγεῖ deprehenderimus. Hæc quam sint probabilia tu  
 videas.

§ 6. Λίξον ] Notissimus est alter hujus nominis  
 fluvius, qui ad hod. urbem *Larache* in Oceanum exit.  
 Vide not. ad Scylac. § 112. Nostrum quoque fluvium  
 idem Scylax memorat, nisi quod codex pro Λίξος ha-  
 bet Ξίξον, nescio an errore librarii. Heerenius, Manner-  
 tus, Klugius esse censent hodiernum fluv. *Tensif*,  
 quem Phthuth sive Phut sive Fut Ptolemæus, Josephus  
 et Plinius vocant; Bougainvillio est *Rio d'Ouro*, qui e  
 medio deserto in mare egreditur; Gosselinus denique  
 Hannonis Lixum non diversum esse opinatur ab illo  
 qui est apud urbem *Larache*. Hæc omnia temere dicta,  
 neque digna quæ refutentur. Dubitari nequit quin  
 Lixus hodie sit aut *Ouad Noum*, ut Moversius p. 548  
 statuit, aut, quod malim, *Ouad Draa*, qui in hod.  
 provincia *Noum* ad ipsum limitem deserti in mare se  
 eructat. Primum enim Scylax a Soloente promontorio  
 ad Lixum fluvium navigationem esse dicit dierum sep-  
 tem, id est, sec. Scylacis computum, stadiorum 3500.  
 Jam si oræ longitudinem a promontorio *Cantin* ad  
*Draa* fluvium in mappis maritimis metiaris, stadia  
 habeatis 3300 et quod excurrit. Deinde Hanno a Lixo  
 solvens τὴν ἐρημίαν præternavigavit; desertum vero  
 incipit a *Draa* fluvio. Porro unum Lixum fluvium  
 hucusque Peripli auctor nominavit et voce μέγας dis-  
 tinguit, adeo ut præ ceteris notatu dignum fuisse debeat.  
 Ac sane *Draa* fluvius inter omnes, qui a deserto sunt  
 boream versus, longe maximus est, adeo ut cursus lon-  
 gitudine vel Rhenum superet. In interiore Libya ex  
 Atlante orsus meridiem versus fertur usque ad regio-  
 nem deserto proximam; hinc flexo versus occasum  
 cursu lacum *Debaïam* transit, indeque juxta solitudi-  
 nes labitur. Præterea Hanno quum dicat Lixum ἀπὸ  
 τῆς Λιβύης βεῖν e montibus, quos Æthiopes Troglodytæ  
 incolant : innuit se in regione versari, quæ Libyæ  
 arciores vocis sensu sic dictæ non amplius accensenda  
 esse videri poterat; quæ ipsa quoque ad deserti accolæ

νομάδες ἀνθρώποι Λιξίται βουκόματ' ἐνεμον, παρ' οἷς ἐμείναμεν ἄχρι τινός, φίλοι γενόμενοι.

7. Τούτων δὲ καθυπερθεὺν Αἰθίοπες ὄχουον ἄξεινοι, γῆν νεμόμενοι Θηριώδη, διεληκμμένην ὄρεσι μεγάλοις, ἐξ ὧν βεῖν φασὶ τὸν Λίξον, περὶ δὲ τὰ ὄρη κατοικεῖν ἀνθρώπους ἀλλοιομόρφους, Τρωγλοδύτας· οὓς ταχυτέρους ἴππων ἐν ὁρήμοις ἐφραζον οἱ Λιξίται.

8. Λαθόντες δὲ παρ' αὐτῶν ἐρμηγέας, παρεπλέομεν τὴν ἐρμήην πρὸς μεσημβρίαν δύο ἡμέρας· ἐκείθεν δὲ

Lixite pecora pascebant; apud quos mansimus aliquamdiu, quum amici essemus.

7. Supra hos habitabant Æthiopes inhospitales, terram colentes feris refertam, montibus magnis interceptam, e quibus Lixum fluere dicunt, circa montana autem habitare homines formæ diversæ, Troglodytas, quos equis esse cursu velociores Lixite narrabant.

8. Acceptis interpretibus a Lixitis, desertum legimus meridiem versus per dies duo (*duodecim*), hinc

referuntur aptissime. Eodem adducere licet Pausaniam qui Lixitas Αἰθίων τοὺς ἐσχάτους dicit, I, 33, 5 : Μαύροις προσοικῶσι Αἰθίοπες ἄχρι Νασαμῶνων παρήμεντες. Νασαμῶνες γὰρ, οὓς Ἀελαντας Ἰηρόδοτος, οἱ δὲ μέτρα φάμενοι γῆς εἰδέναι, Λιξίτας καλοῦσι, Αἰθίων οἱ ἔσχατοι, πρὸς Ἀελαντι οἰκοῦσι, σπεύροντες μὲν οὐδὲν, ἀπὸ δὲ ἀμπέλων ζῶντες ἀγρίων. Similiter Æthiopes, quos et Hanno et Scylax Lixitarum regioni vicinos ponunt, non nisi in extremis Libyæ partibus ap. vet. memorantur. Denique Lixite norunt linguam populorum qui trans desertum habitant, ex iisque interpretes Hanno assumpsit. Quo item deserti accolæ indicantur, quibus cum iis, qui ab altera solitudinis parte erant, commercia intercedebant, fortasse etiam cognatio; certe mirum est Pharusios apud Ptolemæum cis desertum, apud Polybium (in Plin. II. N. V, 1) trans desertum collocari. Hæc igitur de loco quo Lixus ponendus sit sufficiant. Hodiernus *Noun* β. apud Ptolemæum vocatur *Nuius* vel *Nunius*, quem deinceps sequitur a meridie Soloentii promontorii (*Cap Bajador*) in mare exiens Massa fluvius, quem Portugalli vocant fluvium Album (v. Mannert. X, 2, p. 528). Idem Polybio I. I. dicitur *Masatat*. Proximus vero a Masatat fluvio boream versus Polybius memorat *Cossenum*, qui respondere debet aut Nuiio Ptolemei, aut hodierno *Draa*. Illud probabilius, si recte habet, quod apud Moversium lego, hodiernum *Noun* etiam *Aousse* vocari.

§ 7. Αἰθίοπες... ἄξεινοι ] Scylax I. I. : Ἐπὶ τούτων τὸν ποταμὸν (τὸν Λίξον) περιεκοῦσταν Αἰθίοπες ἄξεινοι. || — ἀλλοιομόρφους ] Troglodytas istos Gosselinus non homines quales Mela I, 8, Herodotus IV, 183, Diodorus III, 8, 41, alii describunt, sed simias (*Orang-outangs*) fingit. || — ταχυτέροις ἴππων ] Cf. Solinus Polyh. c. 70 : Troglodytæ tanta pernicitate pollent, ut feras quas sagittant, ipsi cursibus persequantur. Herodot. IV, 183 : Οἱ γὰρ Τρωγλοδύται Αἰθίοπες πῶδας τέλειστοι ἀνθρώπων πάντων εἰσὶ καὶ. Leo Africanus p. 13 de Rucheis nomadis : « Sunt cursu velocissimi, adeo ut turpissimum illis habeatur, si quis pedes a duobus equitibus superet. Neque inter hos vir quemquam reperias, qui non cursu quemlibet etiam equam quantumvis velocem antevertat, sit quamvis longam peragendum iter. » Inapte vero ad montanos nostros Troglodytas nonnulli retulerunt verba Agathemerii II, 5 : Πρὸς μὲν τῷ Αἰθιοπικῷ Ἰπποδρόμῳ (Ἰπποδρόμῳ Ptolemæus et Marcian.) ἱπποδρόμοι Αἰθιοπίας καὶ.

§ 8. παρεπλέομεν τὴν ἐρμήην καὶ. ] Α Lixō

profectus Hanno τὴν ἐρμήην, i. e. notissimam *Sauaram* solitudinem, præternavigavit meridiem versus; deinde orientem versus tenens in sinum intravit, cujus in intima parte sita erat Cerne insula. Jam si in mappam oculos conjeceris, patet navigationem meridiem versus pertinuisse usque ad promontorium Album, *cap Blanc*; nam ibi demum ora versus ortum flectitur magnamque efficit sinum cujus terminus meridionalis est promontorium *Mirik*. Præteritur sinui arenarum quædam quasi tænia, quæ maris impetum frangit, neque tamen introitum nautis intercludit. In sinus hujus parte interiori terræ continenti proxime adiacet parva insula, nunc *ile d'Arguin* dicta, quæ, quum Portugalli has regiones adire cõpissent, ob situs opportunitatem sedes et quasi arx commerciorum evasit quæ cum *Sudan* regionis populis exercebant. Hanc igitur *Arguin* insulam Cernen esse Pannorum, quam prisce nominis corruptione indigenæ hujus tractus *Ghir* vocant, statuerunt quicumque ex ipso nostro Periplo, non vero e Plinio et Ptolemæo, navigationem Hannonis explicandam esse censuerunt, uti Ramusio (*Hannone, navigatione de Cartaginiensi in Raccolte delle navigazioni e viaggi*, Venet. 1588. t. I, n. 3), Danvillius (*Géogr. anc.* t. III, p. 118), Rennelius (*Geogr. syst. of Herodot.* p. 719 sqq.), Ukertus (*Geogr. d. Gr. u. R.* I, p. 65), Moversius (*Phœniz. Alterth.* II, p. 529), alii. Huc accedit quod etiam sequentia tum demum recte computari possunt, si ab hoc termino progrediaris. Dubitare tamen liceat an non potius de tua alterave insularum perexiguarum cogitandum sit, quæ mediæ inter *Arguin* et continentem sitæ sunt; nam in has quadraret quod de *quinque* stadiorum ambitu legitur. Verum, ni fallor, pro *ε'* cum Bocharto scribendum est *α'*. Id enim reperisse videtur Cornelius ap. Plin. VI, 35, qui Cernen insulam dicit *non amplioem circuitu duobus millibus*. Quanquam hic quoque numerus justo minor est. A continente insula abest stadiis octo, ut e Polybio et Cornelio refert Plinius I. I. Præterea Periplus noster in distantiarum notatione mendam traxit. Bene habet quod a *cap Blanc* usque ad *Arguin* ἡμέρας ὄρθμος esse dicitur (linea rectâ vix 400 sunt stadia); at falsum est quod a *Lixō* ad *cap Blanc* numeratur biduum. Hoc in causa erat cur Bougainvillius et Rennelius Lixum fluvium in medium desertum detruderent, ille de *Rio do Ouro*, hic de *Rio S. Cypriano* cogitans. At ferri tale quid non posse ex antec. patet. Adde quod Lixite, utpote *pastorum* populus, non arenas sed herbosam terram sibi postulant. Quare numeri notam in codice nostro corruptam

(3)

## PERIPLUS.

7

πάλιν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ἡμέρας δρόμον. Ἐνθα εὐρομεν ἐν μυγῶ τινος κόλπου νῆσον μικράν, κύκλον ἔχουσαν σταδίων πέντε· ἦν κατοικήσιμα, Κέρνην ὀνομάσαντες. Ἐτεκμαιρόμεθα δ' αὐτὴν ἐκ τοῦ περιήλου κατ' εὐθὺς κείσθαι Καρχηδόνας· ἐφίκει γὰρ ὁ πλοῦς

denuo orientem versus unius diei cursu. Ibi in sinus cujusdam recessu insulam parvam reperimus stadiorum 5 (15?) ambitu; quam colonis frequentantes Cernen nominavimus. Conjiciebamus e periplo eam ex adverso sitam esse Carthaginiis: nam similis erat

esse censeo. Emendari vero potest manu lenissima. Etenim a *Draa* fluvio usque ad *cap Blanc* stadia fere sunt 5700 quorum si 500 in diem numeres, navigatio efficitur dierum undecim vel duodecim. Igitur pro β' ἡμέρας scribendum est 16' ἡμέρας. De nomine insulae Bochartus: « Cerne, ait, Phœnicibus erat  $\chi\eta\eta\eta\eta$  *Cherna*, postremum habitationis, id est ultima habitatio. Plene scriberetur  $\chi\eta\eta\eta\eta\eta$  *acherna* ab arabico  $\chi\eta\eta$  *acher* vel *achir*, quod respondet hebræo  $\chi\eta\eta\eta\eta$  *acharon*. Sed prima radicalis sæpe excidit... Nempe Phœnices ultra Cernen nullam deduxere coloniam. » Ego confesso Κέρνην, phœnicium Antaradi-nomen, de quo v. conjecturam Moversii l. I. p. 67. Fama quædam de Cerne ins. et de Carthaginiensibus in hac regione aurum merce commutantibus jam in Herodoti (IV, 195 sq.) notitiam pervenerat (V. Prolegom.). Complura de commerciorum ratione exhibet locus memorabilis in Scylacis Periplo § 112. Hausta sunt ex narrationibus nautarum vel mercatorum, qui latentes ibi auri divitias prudenti presserunt silentio. Neque aliunde ex vet. scriptis de hac re aliquid ad nos transpiravit, nisi quod Palæphatus Incred. c. 33 Cernæos  $\sigma\beta\delta\sigma\alpha$  *γερσοῦς* appellat. Præter hos Cernes ins. meminerunt Eudoxus vel Clitarchus, Ephorus, Lycophron, Eratosthenes, Polybius, Cornelius, Diodorus, Strabo, Plinius, Ptolemæus, Dionysius ejusque paraphrastæ, Nonnus et Eustathius. Plinius VI, 35 (ex Eudoxo vel Clitarcho, quos in antec. laudavit): *Contra sinum Persicum Cerne nominatur insula adversa Æthiopia, cujus neque magnitudo neque intervallum a continente constat, Æthiopes tantum populos habere traditur. Ephorus auctor est a Rubro mari navigantes in eam non posse propter ardores ultra quasdam columnas (ita appellatur parvæ insule) provehī. Polybius in extrema Mauritania contra montem Atlantem a terra stadia octo abesse prodit Cernen. Nepos Cornelius ex adverso maxime Carthaginiis a continente passus mille, non ampliorem circuitu duobus millibus. Idem X, 9: In insula Africa Cerne in Oceano accipitres totius Massylie humi fœtificant: nec alibi nascuntur, illis adsueti gentibus. Scylax l. I. Cernen insulam ad Xionem sive Lixum fluvium ponit. Ptolemæus IV, 6, p. 298 ed. Wilberg., eandem in alto mari collocat e regione fere Atlantis majoris sive *cap Geer*. Strabo I, p. 47, de Eratosthene loquens: Πλείστηναι δὲ καὶ περὶ τῶν ἔξω στηλῶν Ἑρακλείων πολλοὺς μυθώδεις, Κέρνην τε νῆσον καὶ ἄλλους τόπους ὀνομάζων τοὺς μετὰ τοῦ νυνὶ δεικνυμένους. Lycophron Cass. 16: Τῶνδ' ἐν κοίτησι τῆς Κέρνης πέλας Αἰπυῶσα. Nonnus Dionys. XXIII, 190: Ἄμρ' δὲ Κέρνη κυκλώσας περὶ κόρυα βολαῖς ἀντίπους Ἴουζ' ἔπατο μειδίωον. Tzetzes ad Lyc. l. I.: Κέρνην ] ἦτις ἐστὶ νῆσος ὠκεανῆτις. Dionysius Perieg. 219: Ἐν δὲ μυγῶσι Βόσχιοντ' ἠπειροιο πάντοσταισι Λιδοσιῆς; Ἀδελφ' ἐπ' ὠκεανῶ πρυμῆτις παρὰ τέμπεα Κέρνης. Cf. Eustath. ad*

h. l. et schol., nihil novi afferentes. Palæphatus Incred. c. 33: Φόρμυς ἦν ἀνὴρ Κερναῖος· οἱ δὲ Κερναῖοι κατὰ γένος μὲν εἰσιν Λιδοσιῆς, οἰκοῦσι δὲ νῆσον τὴν Κέρνην ἔξω οὖσαν τῶν Ἑρακλείων στηλῶν, ἀροῦσι δὲ Λιδοίην περὶ τὴν Ἄνγωνα (Ἄνγωνα, Ἀδωνά var. lect., Ἀδωνά conj. Valcker.) ποταμὸν κατὰ Καρχηδόνα· εἰσι δὲ σφόδρα γερσοῖ. Diodorus III, 51 Gorgones ait ἐν τοῖς πέρασσι τῆς ἰλιουμένης insulam Hesperiam ad Atlantem habitare, et prælio vixisse Atlantios τοὺς τὴν Κέρνην καλουμένην οἰκοῦντας. Cf. III, 68, 1, ubi Κερναῖα (I. Κερναῖα?) ἔρη memorantur. Hæc loca paucis indicasse nunc satis habeo, fusius de iis dicturus in Prolegomenis. Nihil fere iis inest quod Periplo nostro explanando inserviat, nisi forte etiam e Pseudocallisthene Arrianum illustrari posse putes. Causæ vero quæ turbas istas creaverint, partim quærendæ sunt in licentia poetarum qua extremæ Orientis et Occidentis plagæ misceri solent, partim in præoccupatis Græcorum de Libyæ forma et magnitudine opinionibus, partim in studiis mythologorum; partim denique inde fluxerunt, quod Africa occidentalis cognitio ap. Græcos et Romanos semper perexigua nautarum mercatorumque Punicorum narratiunculis de industria obscurata est, nec ut plurimum ultra desertum processit. Sic apud Scylacem ultra Lixum fluvium mare algis obstructum non amplius est navigabile, ut necessario ad hunc ponenda esset ultima illa Cerne, quamvis nulla ibi insula reperitur. Idem valet de simili opinione Polybii et Ptolemæi. Quam qui temere amplexi sunt, Cernen insulam vel *Maderam* vel *Porto Santo* vel unam ex Canariis insulis, plurium dierum navigatione a continente remotis, intelligi voluerunt, aut, si hoc ineptum esse perspexerunt, ad terræ motus et inundationes confugerunt, qui e conspectu insulam absumserint, aut denique nullam unquam exstitisse Cernen putarunt, quæ de ea traduntur fabulis accensentes Milesiis. Singulas sententias diductus exponere, quum longum et inutile sit, supersedeo. || —  $\alpha\tau\omega\chi$  [ $\sigma\alpha\mu\epsilon\nu$ ]  $\chi\alpha\tau\omega\chi\sigma\alpha\mu\epsilon\nu$  codex; em. Gessner. « Græcus interpres iterum verbo  $\chi\alpha\tau\omega\chi\sigma\alpha\mu\epsilon\nu$  utitur ad indicandum in hac insula non urbem esse conditam, sed stationem tantum colonis suis constitutam. » KLTGE. || —  $\alpha\alpha\tau'$  εὐθὺς κείσθαι Καρχηδόνας ] Idem expressit Cornelius ap. Plin. VI, 35 verbis: *ex adverso maxime Carthaginiis*. Ad eandem rem alius pertinet Plinii locus (V, 1, 1), ubi hæc: *Prævalidam hanc urbem* (sc. Lixum, hodiernam *Larache*) *majoremque Carthagine, præterea ex adverso ejus sitam et prope immenso tractu ab Tingi, quæque alia Cornelius Nepos avidissime creditit*. Patet Plinium festinantem diversa confudisse: nam Lixum urbis a Tingi distat diei fere itinere, non *tractu prope immenso*; neque de hac urbe Cornelius dixit, sed de Lixum fluvio meridionali et de Cerne insula, quam vel cum Hammone nostro statim post Lixum commemoravit,

ἐκ τῆς Καρχηδόνης ἐπὶ Στήλας κατέειπεν ἐπὶ Κέρνην.  
 9. Τοῦντεῦθεν εἰς λίμνην ἀφικόμεθα, διὰ τινος ποταμοῦ μεγάλου διαπλεύσαντες, [ὃ ὄνομα] Χρετῆς·

navigatio a Carthagine ad Columnas et hinc ad Cernen.

9. Hinc per magnum fluvium cui Chretes (*Chremetes?*) nomen, navigantes in lacum venimus. Lacus ille

vel, sicuti Scylax, ad ipsum hunc fluvium sitam esse putavit. Præterea cf. Palephati locus supra laudatus, ubi in verbis Κέρνην.. κατὰ Καρχηδόνα Hannoïcæ sententiæ, de qua jam agitur, supersunt vestigia. Quomodo autem intelligendum sit illud κατ' εἰθὺ, liquet ex sequentibus : ἐφ' ἧς γὰρ ὁ πλοῦς κατ'. Nimirum si quis lineis inter se junxerit Carthaginem et Herculis columnas et Cernen insulam, triangulum ἰσοσκελῆς effici statuit, in quo lineæ a Columnis in Cernen itemque Carthaginem ductæ ejusdem fere sint longitudinis ; Cernen igitur et Carthaginem eodem modo ex adverso jacere, quo bascos extremitates in triangulo ἰσοσκελεῖ sibi oppositæ sint. Ceterum Cerne ins. multo longius quam Carthago a Columnis distat, siquidem rectas lineas duxeris ; sin oræ flexus sequaris, computus Hannonis a vero non ita multum abhorret. « Ce calcul, Bougainvillius inquit, est juste. Selon l'itinéraire d'Antonin, la distance de Carthage au détroit est de 1502 milles romains, en rangeant la côte de près : ces 1502 milles romains font 1200 milles ou 20 degrés ; et si l'on reporte cette distance de l'autre côté du détroit, sur des cartes de marine exactes, on verra que c'est celle du cap Spartel au cap Blanc, situë seize ou dix-sept lieues à l'ouest de l'île d'Arguin. » Sane quidem nautæ non ita oram emeticabantur, uti fecit itinerariorum mensor, sed variis viæ maritimæ utebantur compendiis, adeo ut reapse major sit differentia quam Bougainvillio visum est, etiamsi concesseris Hannonem, quum in Oceano oram proximè legisset, eandem navigationis rationem etiam in mari Mediterraneo intelligi voluisse. At omnino in ejusmodi computationibus ad vivum nihil resecandum est. Neque id voluisse Hannonem ex voce ἐφ' ἧς, *similis* ( non vero prorsus æqualis ) *erat*, colligitur. At quanto longius a vero Hanno Noster aberrasset, si Cerne insula eo loco sita fuisset, quo Ptolemæus opinatur ejusque pedissequi ! Inter hos non defuerunt quidem qui contenderent Hannonem in suo computo non ad spatiorum intervalla, sed nonnisi ad tempus in utraque viâ percurrenda consuntum respexisse. Atqui nemo negabit ejusmodi ineptias, quum ab interpretibus quos Hanno perpersus est non alienæ sint, navarcho tamen Carthaginiensi affingi non posse. Ceterum sponte intelligitur Hannonem, quippe qui veram oræ maritimæ directionem ignorare non potuit, triangulum illum ita sibi cogitasse, ut ad Herculis columnas obtusus esset angulus ; Græci autem geographi, quum terræ figuram ita sibi efformarent, ut occidentium Africæ latus paullo post Herculis columnas orientem versus declinaret, hunc angulum acutum esse opinari debebant. Hinc vero facilis est suspicio eosdem verba κατ' εἰθὺ Καρχηδόνης ita intellexisse, quasi Cerne sub eodem fere quo Carthago sita esset meridiano.

§ 9. Χρετῆς] sic sine accentu codex, uti fieri solet in vocibus corruptis vel dubiis. In margine codicis legitur λίμνη Χρετῆς. At non lacus nomen sed fluvii est, quem Græci vocant Χρεμῆτις ; quod Hanno

quoque restituendum erit. Præterea recte monuerunt viri docti supplendum esse ὃ ὄνομα ἦν vel καλούμενος. Chremetem memorat Aristoteles Meteorol. I, 13 : Οἱ δὲ μέγιστοι τῶν διωνομασμένων ( τῆς Λιβύης ποταμῶν ) ἔτε Χρεμῆτις καλούμενος ὃς εἰς τὴν ἕξω βεῖθάλαιαν, καὶ τοῦ Νείλου τὸ βεῖθμα τὸ πρῶτον. Hinc Basilius Hexaemer. Hom. 3 : Ὁ καλούμενος Χρεμῆτις καὶ πρὸς γε εἶτι ὁ Νεῖλος. Nonnus Dionys. XIII, 347 : Οἱ τε βόον Χρεμῆτα καὶ οἱ παρὰ Κίνυρος ὕδωρ. Id. XXXI, 163 : Ἀστὴ δὲ Χρεμῆτα μετῆεν ἔσπερον ὕδωρ. Hesychius et Suidas : Χρεμῆτις, ὄνομα ποταμοῦ. De nomine Bochartus : « Fluvius Chremetes punice dicebatur נַחַר כְּרֵמַת נַחַר *naar cheremat*, id est, fluvius vinearum ; nam Arabicus נַחַר כְּרֵמַת *chermath* idem quod Hebræis כְּרֵמַת *cheramim*. » Firmare sententiam studet verbis Scylacis qui de Æthiopiis ad Cernen insulam in continente habitantibus narrat : οἶνον δὲ ποιοῦσι πολλὸν ἀπὸ ἀμπέλων. Similiter Bochartus *Arambyn* interpretatur *montem uvarum*, ut supra monui. Jam quum vitis in Africa non nascatur nisi ubi importata sit olim a Phœnicibus, postea a Portugallis : sequeretur ex hac etymologia jam ante Hannonis ætatem in his regionibus Phœnices consedissee. Quod fieri potuisse etsi negare non ausim, tamen Bocharti suspicione firmari rem minime dixerim. Kœnigsmannus in libro *De geogr.* Aristotelis Chremetes nomen græcum esse putat, notareque fluvium *streptentem* ( a voce χρεμῆτιν vel χρεμῆτιν ). Equidem in Χρεμῆτις agnoscere mihi videor formam græcisautem nominis peregrini. Hodie fluvius est *Rio de Guaoon* sive *Riv. de S. Jean*, quem alii etiam *Rio de S. Antonio* vocant In ipsum Cernæ insulæ sinum egreditur. Eundem fluvium Ptolemæus IV, 6 p. 292, 8 post Rysadium promontorium (*cap Blanc*) memorat : Σταγείρος ( Σταγείρου et Ἰσχυρός var. lect. ) ποταμοῦ ἐκβολαὶ ( 9° 30' long. ; 11° lat. ). Oritur ex Rysadio monte, ποῖων πρὸς αὐτῷ λίμνην Κλονίαν ( 17° long. ). Polybius denique ap. Plin. l. I. fluvium hunc appellat *Salsum* (*Palsum* var. lect. ) ; nam *Salsum* recenset ante *Bambotum* sive *Ἰπποποταμorum* fluvium, qui hodiernus est *Senegal* ; utrumque autem collocat in magno sinu 616 millium pass., qui pertinet a *Surrentio* prom. ( *c. Blanc*. vel *Correiro* ) usque ad hodiernum *cap. Vert*. [ *Pro Surrentium* ap. Plinium nescio an scrib. sit *Solocantium*, quæ vox phœnicia significat *saxum*, *promontorium*. Quo concesso, nomen componi potest cum *Rysadio* Ptolemæi, quod item significat altum promontorium ( v. *Movers. Ph. Colon.* II, p. 516 ) ]. Jam ut ad Hannonem redeam, λίμνη ista putari potest eadem esse, quæ Κλονία Ptolemæo vocatur et ex computo ejus ad quattuor millia stadiorum ab ostiis fluvii distat. Sed, præterquam quod aliunde de ejusmodi lacu nihil constat, dubitare licet Hannonem tam longe in mediterranea penetrasse. Deinde vero quum in sinu Cernæo antequam ad ostia fluvii *S. Jean* pervenias, præter alias parvulas insulas etiam majores tres longe porrectæ oc-



εἶγε δὲ γήσους ἢ λίμνην· τρεῖς μείζους τῆς Κέρνης. Ἄφ' ὧν ἡμερήσιον πλοῦν κατανούσαντες, εἰς τὸν μυχὸν τῆς λίμνης ἤλλομεν, ὑπὲρ ἣν ὄρη μέγιστα ὑπερέτεινε, μεστὰ ἀνθρώπων ἀγρίων, δέρματα θήρεια ἐνημμένων, οἱ πέτροις βάλλοντες ἀπήραξαν ἡμᾶς, κωλύοντες ἐκβῆναι.

10. Ἐκεῖθεν πλέοντες εἰς ἕτερον ἤλλομεν ποταμὸν μέγαν καὶ πλατύν, γέμοντα χροκοδείλων καὶ ἵππων ποταμίων. Ὅθεν δὴ πάλιν ἀποστρέψαντες εἰς Κέρνην ἐπανήλομεν.

11. Ἐκεῖθεν δὲ ἐπὶ μεσημβρίαν ἐπελούσαμεν δύοδεκα ἡμέρας, τὴν γῆν παραλεγόμενοι, ἣν πᾶσαν κατώκουν Αἰθίοπες φεύγοντες ἡμᾶς καὶ οὐχ ὑπομένοντες· ἀσύνετα δ' ἐφθέγγοντο καὶ τοῖς μεθ' ἡμῶν Λιζίταις.

12. Τῇ δ' οὖν τελευταίᾳ ἡμέρᾳ προσωρμισθήμεν ὄρσει μεγάλῳι δασέσιν. Ἦν δὲ τὰ τῶν δένδρων ζύλα εὐώδη τε καὶ ποικίλα.

13. Περιπλεύσαντες δὲ ταῦτα ἡμέρας δύο ἐγινόμεθα

insulas habebat tres Cerne majores. Ab his diei navigatione perfecta interiorum lacus recessum attigimus, supra quem montes maximi assurgebant silvestribus hominibus referti, pelles ferinas indutis, qui saxorum conjectu depellentes nos quominus egredieremur navibus impediverunt.

10. Hinc navigantes in alium venimus fluvium magnum latumque, qui plenus erat crocodilorum et equorum fluviatilium. Inde denuo reversi Cernen repetivimus.

11. Hinc meridiem versus navigavimus per duodecim dies, oram legentes, quam omnem tenebant Aethiopes fugientes nos nec exspectantes. Linguam eorum vel Lixitæ qui nobiscum erant, non intelligebant.

12. Ultimo autem die ad magnos et silvosos montes appulimus. Ligna arborum odorata erant generisque varii.

13. His montibus bidui navigatione circuitis in im-

current, proclivis suspicio est illas ipsas in Periplus nostro designari. Obstare videtur quod Hanno per magnum fluvium navigans ad eas pervenit. Verum quum multæ in hoc sinu sint arenarum tæniæ, quæ aliis temporibus aliæ esse solent, ad ostia præsertim magnorum fluviorum: probabiliter statuere licet arenas olim partem sinus paullo infra Cernen multo magis quam nunc obstruxisse, ita ut inter arenas et continentem non nisi modicum spatium relinqueretur, quod Hanno pro ostio Chretis fluminis habere poterat. Ab insularum parte boreali usque ad intimum sinus recessum in mappa oris maritimæ quam ante oculos habeo (*Carte de la côte occidentale d'Afrique depuis le cap Bojador jusqu'aux îles de Los, publiée par ordre du roi, etc.* 1829), trecenta fere sunt stadia; quod in Periplus ἡμερήσιον πλοῦν satis quadrat. Quodsi enim in antecedentibus, ubi vel nota vel deserta litora præternavigabantur, quingenta fere stadia in dies singulos computare licebat, alia ratio est inde a Cerne insula, quum singulæ litoris partes et fluviorum ostia et insule, etc., accurate perscrutanda essent; unde fit ut unius diei navigatio jam inter 300 et 400 stadia se contineat. || — μεστὰ] sic codex; Gelenius dederat μετὰ. || — δέρματα θήρεια ἐνημμένων] Cf. Diodor. III, 49, 3; Varro De re rust. II, 11; Hippocrates De morbo sacro p. 302; Mela I, 8; Movers I. I. II, p. 466. 568. 580. || — λιθοῖς βάλλοντες] Diodor. I. I.: εὐθετώτατοι πρὸς ὁρόμον καὶ λιθοβολίαν. Cf. quæ de Libybus Balearidum inss. narrat idem V, 18 et Florus III, 8, sicut quæ de *Guanchis* leguntur apud Glas, p. 25. 71. 32 et Riley *Schicksale u. Reisen an der Westküste und im Inneren Afrika's*, p. 171, 194, citante Moversio p. 582.

§ 10. ἕτερον ποταμὸν] *Bambotum* Polybius ap. Plin. V, 1 vocat: *Flumen Bambotum crocodilicis et hippopotamicis refertum*. Eadem ex Plinio Solinus c. 27. « Sed legendum *Bamothum*, nomine facto ex *Bamoth*. *Bamoth* seu *בהמות* *behemoth* esse hippopotamum, Job. 40, 10, iis argumentis probavi in libro De animalibus, quæ viros undecumque doctos traxerunt in assensum.

Ergo fluvius Bamoth seu Behemoth est fluvius hippopotami. » Hæc BOCHARTUS optime. Idem fluvius Ptolemæo p. 292, 17 dicitur *Niz*. Hodie est *Sanagal* sive *Senegal*, uti recte statuunt Bougainvillius, Heerenius, Mannertus, Klugius, Ukertus, Moversius, alii. Ne de *Gambia* cum Bocharto cogites, reliqua Periplus narratio impedit. Gosselini Gallique sententiæ non est cur recenseantur.

§ 11. μεσημβρ[αν] μεσημέριαι cod.; ut accusativum pluralis Gesner., ut genitivum singularis Klugius vulgatam male tuentur. || — ἀσύνετα δ' ἐφθέγγοντο] « Alia igitur gens sermone moribusque dissona hanc oræ partem jam tum temporis incolabat. Quum Aethiopyum nomen his nigris commune sit, mirum non est, quod græcus interpres hoc loco eadem voce utitur. Interpretes quoque Cadamosti, qui hanc oram prætervectus est, horum nigrorum linguam non intellexerunt. » KLUGIUS.

§ 12. ὄρσει μεγάλῳι δασέσιν] Montes silvis virentes intellige *cap Vert*. A Cerne insula hucusque oræ longitudo est stadiorum circiter 4200, adeo ut in singulos dies computanda sint stadia 350. Inde a *cap Corveiro* stadia sunt ad 5000; quem tractum Polybius ap. Plin. I. I. memorat tanquam *sinum magnum 616 mill. pass.* (4928 stad.), qui a borea clauditur Surrentio promontorio (*cap Blanc* vel potius *c. Corveiro*). Idem sinus apud Ptolemæum p. 292, 6 vocatur Ἐσπέριος κόλπος, quippe quem meridiem versus claudit Ἐσπέριον Κέρας ἄκρον; sic enim vocat promontorium Viride, dum apud Hammonem Ἐσπέριον Κέρας, sicuti Νότον Κέρας, non promontorii est nomen, sed sinus, de quo mox videbimus.

§ 13. ἐγινόμεθα] *γινόμεθα* edit. et codex, ut videtur. Dies duo quum non in ipso circumflectendo promontorio consumti sint, sed pertinentæ usque ad Gambiam fluvium: vox *περιπλεύσαντες* laxiore sensu adhibetur, et *περιπλοῦν* promontorii et sequentem montium *παράπλοῦν* comprehendens. Quamquam nescio an scriptum fuerit *περαπλεύσαντες* δὲ ταῦτα ἡμ. δύο, aut *περιπλεύσαντες* δὲ ταῦτα, [γινόμεθα] ἡμ. δύο, ἐγ.

ἐν θαλάττης χάσματι ἀμετρήτῳ, ἧς ἐπὶ θάτερα πρὸς τῆ γῆ πεδίον ἦν ὅθεν νυκτὸς ἀφεωρῶμεν πῦρ ἀναφερόμενον πανταχόθεν κατ' ἀποστάσεις, τὸ μὲν πλεόν, τὸ δ' ἔλαττον.

14. Ὑδροευσάμενοι δ' ἔκειθεν ἐπλέομεν εἰς τοῦμπροσθεν ἡμέρας πέντε παρά γῆν, ἄχρι ἤλθομεν εἰς μέγαν κόλπον, ὃν ἔφασαν οἱ ἐρμηνέες καλεῖσθαι Ἑσπέρου Κέρας. Ἐν δὲ τούτῳ νῆσος ἦν μεγάλη καὶ ἐν τῇ

mensum venimus maris hiatus, cujus ab altera parte in continente planities erat; unde noctu prospeximus ignes undique emicantes per intervalla, tum magis, tum minus.

14. Inde aquati ulterius navigavimus juxta litus per dies quinque, donec in magnum sinum venimus, quem interpretes vocari dicebant Hesperii Cornu. In eo insula erat magna, et in insula lacus marinus, in

— ἧς ἐπὶ θάτερα κτλ. ] Concinnius foret οὗ ἐπὶ θ. Ingens ille hiatus quem mare in terram se insinuans efficiebat, cujusque ab altero latere in continente planities erat, dum ad alterum latus montes modo memorati pertingebant: is hiatus, inquam, intelligi debet late effusum ostium Gambiæ fluvii (Μασιθόλου ap. Ptolem. p. 292, 13), ut recte censet Rennelius (*Geogr. syst. of Herodot.* p. 719), vir rerum maritimarum peritissimus, qui de postrema Peripli nostri parte egregie meruit, cujusque rationes Ukertus quoque probavit. Latitudinem Gambiæ ad exitum 60-80 stadiorum esse tradit Cadamosto. Ac tanto facilius accidit ut ostium fluvii pro maris hiatus haberetur, si præternavigasse Hannonom statuamus mense Octobri, seu sicca anni tempestate, qua fluvius purus fuit placidusque. Hoc autem tempus itineris fuisse ex eo etiam concluditur, quod herbæ exsiccatae tunc incendi solent; cujus incendii flammæ agnoscinus in fluminibus illis igneis, quæ prætereuntes Carthaginienses conspexerunt. || — νυκτὸς ἀφεωρῶμεν πῦρ ] Cf. § 14 i ἡμέρας μὲν οὐδὲν ἀφεωρῶμεν ὅτι μὴ ὕλην. νυκτὸς δὲ πυρὰ τε πολλὰ κτλ., ibique not.

§ 14. κόλπον Ἑσπέρου Κέρας] Κέρας vocabulum plerumque de montium verticibus vel de promontoriis in mare excurrentibus usurpant; nonnunquam vero etiam fluviorum ostia tanquam Oceani cornua, nec non maris sinus tortuose in terram penetrantes eadem voce describuntur. Sic Apollonius Rhod. IV, 282 de Istro: ὕπατον κέρας Ὀκεανοῦ, ubi scholiasta: Κέρατα λέγουσι τοῦ Ὀκεανοῦ πάντας τοὺς ποταμοὺς τοὺς ἀπ' αὐτοῦ καταφερομένους. Hesiodus ap. Apollon. Lex. Hom. s. v. Φοῖβος· Φοῖβον ὕδωρ ἐπάγων κέρας Ὀκεανοῦ ροῆσι. Cf. Thucyd. I, 110, qui Mendesium Nili ostium appellat τὸ Μενδήσιον κέρας. Strabo p. 458. Eustath. ad D. 431. Maris vero sinus Κέρας nomine erat ad Byzantium: κόλπος... ἐοικὸς ἐλάφου κέρατι· εἰς γὰρ πλείστους σχίζεται κόλπους, ὡς ἂν κλάδους τινάς (Strabo VII, p. 320). Eodem igitur sensu Peripli auctor vocem adhibet. Sinum vero Rennelius, suffragante Ukerto, intelligi jubet eum qui nunc vocatur *Bissago* sive *Bissao*; insulam autem ab Hannone memoratam esse putat hodiernam *Bulam*. Nam primum huc conducere distantias; sinum istum ab ostio Gambiæ abesse 190 millia maritima (1900 stadia), *Bulam* insulam millia 200; id spatii intervallum cadere in quinque dierum navigationem, quum 38 fere millia (380 stad.) in singulos dies dinumeranda sint; deinde autem κέρας nomine apte designari figuram sinus tortuosi. *Bulam* atque reliquas hujus archipelagi insulas arboribus virere, ceterum humiles esse, quippe quæ magnorum

fluviorum (*rio Geba* et *rio Grande*) alluvie sint aggestæ. Id vero genus insulæ quum varias subinde mutationes pati soleant, nihil esse mirandum, si insula talis, qualem Hanno viderit, hodie non amplius exstet. Hæc Rennelius. Interpretationem viri doctissimi ex accuratioribus nostri ævi mappis maritimis confirmabo simul et emendabo. Nimirum insula ista singularis plane formæ, quæ aliam insulam includebat, etiam nunc, sicuti Hannonis ætate, exsistit. Hodie appellatur *Harang*. Hanno magnam dicit, ac revera in hoc archipelago omniium maxima est. Mare in eam per fauces intrans amplum sinum vel potius λιμνοθάλασσαν (λιμνην θαλασσοῦδη Periplus habet) efficit, quæ ipsa alteram haud exiguam insulam continet. Hæc igitur ita comparata sunt, ut de loco cui sinus Ἑσπέρου κέρας assignandus sit, omnis præcidatur dubitatio. Errarunt Bougainvillius, Danvillius, Mannertus, alii, qui Ἑσπέρου κέρας non sinum sed promontorium esse putarunt, quia seriores geographi ad promontorium nomen hoc transtulerunt. His adde Klugium qui, « Manifestum est, inquit, si Diodori et Plinii narrationem cum Periplo conferas, hanc oram (prope *cap Fert*) versus occidentem ita esse in mare projectam et promontorium cum sinu ita eminere, ut extremum idque ultimum Libyæ caput navigantibus putaretur, supra quod versus occidentem nullum amplius inveniretur. Ab hac parte ora versus meridiem flectitur et novum anfractum efficit usque ad promontorium in Periplo Νότου κέρας nominatum [*In Periplo non promontorium, sed item κόλπος appellatur*], quod extremum Africae australis credebatur, quum ex veterum opinione ora tunc ad Ægyptum et Asiam inclinaret, inter septentriones et orientem extenta. Et profecto ora hinc statim versus orientem flectitur, ut omnino extremum caput versus austrum situm videatur. Ergo totus hic terræ tractus qui a promontorio Hesperio (Ἑσπέρου κέρας) incipit et ingentem anfractum usque ad promontorium Australe (Νότου κέρας) format, recte cum figura cornu comparatur, cujus extremæ partes sint Ἑσπέρου κέρας et Νότου κέρας. Illud autem est *caput Viride* (*capo Verde*), alterum vero *caput Rubrum* (*capo Roxo*) cum sinu suo. » Hæc probabiliter disputata esse videri possent, si ipso Periplo nostro careremus et senioris tantum ævi testimoniis res profliganda esset. Nam quantopere hæc ab Hannonis verbis abhorreant, satis patet. Ut unum afferam, quomodo a promontorio Viridi ad prom. Rubrum septem dierum iter esse potuit, quum intervallum illud nonnisi 1800 stadiorum sit? Quinam erit mons Θεῶν ὕλη; Quinam montes illi silvosi, qui septem